

ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam faciemus; fac eas, Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth! Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis! Benedictus, qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam! Lux aeterna luceat eis, Domine, cum sanctis tuis In aeternum, quia pius es.

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis!

---

### *Dritte Abtheilung.*

Libera me, domine, de morte aeterna in die illa tremenda, quando coeli movendi sunt et terra, dum veneris iudicare saeculum per ignem. Tremens factus sum ego et timeo, dum discussio venerit atque ventura ira; quando coeli movendi sunt et terra; dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae dies magna et amara valde, dum veneris iudicare saeculum per ignem. Requiem aeternam dona eis, domine, et lux perpetua luceat eis! Libera me etc.

---

**Der Anfang ist um 6 Uhr.**

HTP2012002